



AE3-10

Repère à reporter sur la copie

SESSION DE 2008

**CONCOURS EXTERNE
DE RECRUTEMENT DE PROFESSEURS AGRÉGÉS**

Section : GRAMMAIRE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Sont autorisés les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat.

L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique est rigoureusement interdit.

Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.

De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.

NB : Hormis l'en-tête détachable, la copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.

Tournez la page S.V.P.

Antilogie au sénat.

Après avoir remporté une victoire sur la tribu gauloise des Boiens, le consul P. Cornelius Scipio Nasica sollicite du sénat l'honneur du triomphe, mais le tribun de la plèbe P. Sempronius Blaesus, invoquant la guerre en cours contre les Ligures, s'y oppose. Le consul Scipio Nasica lui répond (191 av. J.-C.).

P. Sempronius Blaesus tribunus plebis non negandum Scipioni, sed differendum honorem triumphi censebat : bella Ligurum Gallicis semper iuncta fuisse ; eas inter se gentes mutua ex propinquuo ferre auxilia. Si P. Scipio deuictis acie Bois aut ipse cum uictore exercitu in agrum Ligurum transisset, aut partem copiarum Q. Minucio¹ misisset, qui iam tertium ibi annum dubio detineretur bello, debellari cum Liguribus potuisse ; nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam nauare operam rei publicae potuissent, possent etiam, si senatus, quod festinatione triumphi praetermissum esset, id restituere differendo triumpho uellet. Iuberent consulem cum legionibus redire in prouinciam, dare operam ut Ligures subigantur. Nisi illi cogantur in ius iudiciumque populi Romani, ne Boios quidem quieturos ; aut pacem aut bellum utrubique habenda. Deuictis Liguribus, paucos post menses proconsulem P. Cornelium multorum exemplo, qui in magistratu non triumphauerunt, triumphaturum esse.

Ad ea consul neque se Ligures prouinciam sortitum esse ait, neque cum Liguribus bellum gessisse, neque triumphum de iis postulare ; Q. Minucium confidere breui subactis iis meritum triumphum postulaturum atque impetraturum esse ; se de Gallis Bois postulare triumphum, quos acie uicerit, castris exuerit, quorum gentem biduo post pugnam totam acceperit in ditionem, a quibus obsides abduxerit, pacis futurae pignus. Verum enim uero illud multo maius esse, quod tantum numerum Gallorum occiderit in acie, quot cum milibus certe Boiorum nemo ante se imperator pugnauerit. Plus partem dimidiam ex quinquaginta milibus hominum caesam, multa milia capta ; senes puerosque Bois superesse. Itaque id quemquam mirari posse, cur uictor exercitus, cum hostem in prouincia neminem reliquisset, Romam uenerit ad celebrandum consulis triumphum ? Quorum militum si et in alia prouincia opera uti senatus uelit, utro tandem modo promptiores ad aliud periculum nouumque laborem ituros credat, si persoluta eis sine detractatione prioris periculi laborisque merces sit, an si spem pro re ferentes dimittant, iam semel in prima spe deceptos ? Nam quod ad se attineat, sibi gloriae in omnem uitam illo die satis quaesitum esse, quo se uirum optimum iudicatum ad accipiendam matrem Idaeam misisset senatus². Hoc titulo, etsi nec consulatus nec triumphus addatur, satis honestam honoratamque P. Scipionis Nasicae imaginem fore.

Tite Live, *Ab Vrbe condita libri*, XXXVI, 39, 6-40, 10.

Notes : 1. Q. Minucius Thermus, proconsul chargé de combattre les Ligures. 2. Peu de temps auparavant, à l'arrivée de la statue de *Magna Mater* à Rome, un oracle exigea qu'elle fût accueillie par l'homme le plus vertueux de Rome : le sénat désigna Scipio Nasica.